Sed nos dicta procedimus, quae in concordia discordes, et doctrinam suam revocemus. Igitur aliud est propositum Divinae voluntatis aliud vero electio, seu vocatio, seu praedestinatio secundum propositum. Propositum Divinae voluntatis quod ad praesens attinet est illud quo Deus absolute, et resolute statuit proponit ex luto nostro, educere Principes, quos loco angelorum, qui ceciderunt sufficiat in regno caelorum, quia magnificavit tuum me sedes occupet, et principatus e quibus suae rebellionis quo insilienti fuerunt ejecti. Et propositum in eo sit potest dici esse tam praedestinatus quam reprobis, quia nullus

individuum in parli, et de tali revertit, et massam nostri generis ex qua suscitare regnum, castores principatus obtenturos per ipsum se firmissime constringi, et in hac cointate propositi voluntatis divinae de qua loquitur Paulus dictum est Iesus, Ei adhereo.

At 1.º quidem esse possibile tale genus decreti, seu propositi absoluti, et resolutorum, quo in Deo decernat Deus dare gloriam uni vel multis aut per merita in medium libertati accommodatis uti vellint, aut sine meritis, illos ipsos rapiendo ad aeternam felicitatem per infusionem luminis gloriae, hoc quod clare ... nos, iam constat ex saepe dictis in hoc tractatu, et praecipue in 2.º c. sec. 2. et 3. huius disputationis.

Imo tale esse de facto illud effectum propositum, quo ut dictum est decrevit Deus colligere ex hominibus sufficientem numerum, per quem ponet sedes et principatus quibus deiecti fuerunt rebelles angeli adhuc non ... ... occupare exprimunt multi ex SS. Patribus hic d. 52, et colligitur non obscure ex multis sacrae scripturae testimoniis quae idem Pater congerit. Quibus addo illud Cantici Deiparae Matris Virginis Lucae I.º Fecit potentiam in brachio suo deposuit potentes de sede et exaltavit humiles, esurientes implevit bonis, et divites dimisit inanes. In quibus verbis ... fit alusio ad depositionem de sede superborum angelorum, et exaltationem ad illam humilium et abiectorum ... In qua exaltatione ponderandum est quod opus illarum Beata Virgo attribuerit: Fecit potentiam in brachio suo, et hoc absque dubio significat ... exprimimus, cuius firmitas, et intransitabilitas ... mo ... ab omnibus quod tandem sine dubio ... deiiciendo hos, et rapiendo ad occupandas dictas sedes, in ...

suo in divinis auxiliis, et vocationibus non ita correspondent, ut eis tanquam premium suarum actionum ipsis ex iustitia deberentur, atque est hæc forma propositi, et decreti explicati.

Sed nisi ego multum fallor ea in omni sua forma exprimitur evidenter in Parabola illius qui fecit Lucæ 14, qui fecit magnam cœnam, et Regis Matthæi 22 qui fecit nuptias filio suo. In ea namque, et resolutorie decrevit ut sedes in convivio paratas honorifice occuparent, et quæ magnifice, et regaliter ab eo parata fuerunt consumerentur, sicut in productis per eos liberis invitatis id fieri posset, sin autem per violentiam, et compulsionem nulla arbitrii illorum habita ratione, si vocationi restiterint.

Ideo misit servos suos vocare invitatos ad nuptias semel, et iterum, quos instruxit, ut verbis honestis et liberalibus modis urgerent illos, ne regium apparatum negligere vellent, quibus cum nihil profecisset iussit deinde tandem servis suis ut in vias, et sæpes irent, et eos compellerent, et cogerent intrare ad cœnam nulla arbitrii illorum expectata deliberatione, quotquot essent, ut tota domus impleretur, quæ certe est forma propositi et decreti quam explicuimus, imo potius nos ex ea, et proposito præsenti ergo videtur indubitatum, quod cum homo sit Deus, invitati fuerunt angeli, et homines, et coacti sunt nolentes ad regnum cœlorum, qui ex vi illius propositi replendi cœlestem domum, et occupandi sedes in convivio paratas compellendi, et cogendi erunt si bene non corresponderent mediis liberis prius, ii qui per ministros Dei vocentur.

Quod non debet negari expresse patet per propositum de quo sancte et mentio in Paulo illud Deo firmissime statuit ad se ex hominibus habere non nullos colligere, quodquod aliter fieri non possunt, vel inde respiciat si per media libera, si vere ut [illegible] vel [illegible]

per vict. am, et impulsiones n[on] illis restiterint.

Ex quibus facile erit colligere quid per vocat.[es] elect.[os] et prædest.[os] s[ecundu]m propositum sit, n[ihi]l aliud extenderit Paulus, et ex eo Augustinus et alii P.P. quo sus etiamq[ue] est electio inter talium, seu talium hominum vocatio, et prædest.[inati]o sit s[ecundu]m seu Xti propositum, quod hispane dicere solemus en conformidad de lo acordado, quo statutum fuit firmissime locis ingratissimo rum angelorum qui suo vito suo n[on] audiverunt homines sufficere ut fieret s[ecundu]m electionem, seu per electione, tanquam per efficax medi um propositum replendi sedem cælestem, damnum illatum, fir mus, et stabile permaneret, unde electio, prædest.[inati]o vocatio etc.[etera] et pro positum n[on] est una, duplex voluntas, et utraque efficax, illa magis com[munis], et diffusa, q[uæ] nullum hominem in parti respicit, et illa di citur dei prædestinatis, et reprobis, hæc v[er]o specialis, et propria q[uæ] solos respiciat prædestinatos, et electos, et propterea solum coniun ctam nempe electio s[ecundu]m propositum [illegible] dicitur speciale est proprius prædestinatorum ex Aug.[ustino] et com[munis] Theologo rum.

Quo duplex modus dicendi, qui I.a specie oppo ni videbatur P. Lessio et aliorum asserentium per volunta tem s[ecundu]m propositum significari aliquid commune prædestinatis, et reprobis, et asserentium esse propriam bene fortè diceret, ii n[on] intellig[e]di erunt de solo Dei proposito, qua ratione est commune in q[uo] totum, nu llum in parti hominem detrat, id massam omnem dilectis, hi v[er]o de proposito iam detracto et dirrecto ad electos prædes tinatos, et vocatos efficacem, qua ratione est particulare, et pro prius talium, vel talium personarum, quas Deus per vias rec tas deducit ad suum regnum, a quo abundes de elect.[ion]e ad gloriam, iam agamus de perversat.[ion]e ad pænas.

CAPUT 6.

De destinatione ad poenam.

Ex dictis de electione ad gloriam multa restant quae destinationi ad poenam sunt communia quae omissis ea in parti persequar quae sunt eius propria. Et 1° quidem quod de possibili hoc punctum reducendum est tradam statim 2° quid de facto contigerit paucis edisseram.

Sectio 1ª

Num sit de facto, aut saltem de possibili voluntas efficax destinans hominem vel angelum ad aeternum ignem.

Vel tanquam poenas ad ostendendam maiestatem justitiam vel praescindendo a ratione poenae ad ostendendum supremum jus, et altissimum dominium in suas creaturas. In priori sensu quaestionem agitabo in praesenti capite in posteriori vero in capite sequenti. Defendunt possibilitatem eas voluntatem in 1° sensu Thomistae cum suo Magistro Alvarez imo eas admittunt de facto, et per illam Deum excludentem homine, et aeternis flammis addicentem reprobos ante demerita praevisa, etiam dicit eos sibi ad ostensionem suae iracundiae, et irae. Videatur [illegible] Herize in sua d. 33. c. 1.

Doctrina est communis et tam certa ut adversantes tam dictis exagitent, et acerrimis censuris infament [illegible] gravissimi. Videatur Ideas [illegible] c. 3. et huic se tanquam communi adquiesco nempe esse impossibilem ante [illegible] etiam dictam notam delictorum quibus volunt esse absolutas et efficaces per quam Deus, ut justitiam suam summam ostendat aliquem hominem vel angelum perpetuis flammis dignet absolute adeo eas a fortiori non dari de facto, hoc postremum ita clare asseritur [illegible] et dedimus asserit, et ea sacra Pagina [illegible] formis [illegible] [illegible] mirari [illegible] alioqui doctorum, et doctores [illegible] [illegible] [illegible] et summam benignitatem Dei nauseam.

Silentii autem mur versispirt Valentini Di... Lotario Imper. ... c.3) prefecit electorum ad vitam et predest... ad mortem ... misericordiam Dei precedere meritum bonum ... praeveni... meritum malum procedere ... iudicatur ... clarius D. dictas voluntates ante omne meritum ... eius. Nec potest veri ... loqui ... de voluntate executiva ... ... damnatio, et ... de voluntate ... ante ... et damnatio ... loquit de damnatione ... illa efficax. ... dicit procedere meritum bonum ... voluntas pro reprobis, quae precederet ... meritum malum, ... hoc negaret ... ad istam voluntatem esse ... iustum iudicium quo Deus cognita, et discussa causa pronuntiat ... reprobus eternis ... poenis ...

Aliud quod clarissimum est poni a ... ex parte voluntatis Divinae aliquam differentiam inter electum, et reprobum; ... sed differentia nulla est differentia ex parte ... procedendi, quia sicut ponit electio ad gloriam ante praevisa merita, et executio eius post praevisionem ... meritorum, ita ponit destinatio ad poenam ... et ... ante praevisa demerita, et executio eius post praevisionem ... ... potest negari ... differentias ... decisioni ...

Fribentinus ex ... Arausicano 2.o c.25 ... ponit tanquam certam fide non esse reprobos Divina potestate praedestinatos ad malum ... sicut eterni supplicii; ... ... voluntas ... et efficax, quas negamus ... dubio reprobi potestate Divina ... ad malum eterni supplicii praedestinati, sicut pietate Divina sunt praedestinati ad praemium eternae felicitatis ex eo quod fuerint electi pietate et misericordia Dei.

ad dictum premium. Eunt Dei Tridentinus qui duta ab illa voluntate de facto recedunt quomodo autem iis etiam adversetur dictis, qui solem illam admittunt mox videbimus.

Augustinus cuius in cunctis summa est authoritas et in hac ma o[mn]io irrefragabilis in infinitis locis excludit eiusmodi voluntatem reprobativam ut sentiunt eius fidelissimi discipuli Fulgencius, et Prosper. Videat per Herize citata d. 33. C. 3. n.° 22: imo et Granadus ipse tractatu 8 de unica sec. 3 et 4, qui licet non sustineat sententiam Thomistarum in sua asperitate et duritie non parum favet ei in quam dictam ab illis voluntatem et efficacem reprobativam propugnat post scientiam mediam malorum operum eorum, qui excludendi fuerunt. Et non video quomodo vir alioqui doctissimus, et doctrinae Sanctorum Patrum observantissimus, et praecipue August. theologorum praecipui tam apertis testimoniis non decederet. Aliqua in sequenti sect. ponderabo, quae etiam impositas dicte voluntatis ostenditur caetera vero poterunt videri apud citatos Patres eius dem nostrae se propugnatores.

Sed quid pro illo uti P. Iuan testimonio opus est quod ab omni dubitatione procul esse facit authoritas sacrae paginae; adeo non expressa est ad excludendam a Deo talem voluntatem de facto, ut non videam quomodo possit a catholicis. 1.a ad Thimoteum 2.° vult omnes homines salvos fieri. 2.a Petri 3.°: patienter agit propter vos nolens aliquos perire sed omnes ad poenitentiam reverti; Et alii textus similes qui occurrunt quos satis documenta Clemens Romanus lib. 2. instit. Apost. c. 59. recitat ex ore Domini cum caeteris suis discipulis accepisse, nos quoque, inquit, qui digni facti sumus, ut essemus testes adventus ipsius, cum Iacobo fratre Domini, et aliis

septuagintaduobus, et septem diaconis eius ex ore Dni nri Iesu xpi audivimus, et perfecte scientes dicimus que sit voluntas Dei bona placens, et perfecta per Iesum xpum demonstrata ut nullus intereat, sed universi homines unanimi fide credentes ei, et unanimes laudem ferentes in eum, vivant in eternum. Hec ille.

Ex quibus arguitur sic: Deum habere bonam placentem, et perfectam voluntatem ut omnes credant ei, et nullus intereat sed omnes potius vivant in eternum fide divina ex sacra scriptura dictat; ergo pro eodem signo rationis saltem implicat habere eius contrariam voluntatem, quod scilicet non credant omnes, sed plures potius intereant, et morte eterna afficiantur. Non video quomodo hoc possit negari; sed Deus habet antecedenter ad previsionem meritorum illam voluntatem; ergo pro eodem signo rationis non habuit contrariam. Sed in sententia quam impugnamus conceditur in Deo ante previsiones meritorum voluntas illa, et efficax ut plures intereant, et damnentur, que est contraria alteri voluntati, ut est evidens. Ergo aut illam negant contra fidem, aut conceditur pro eodem signo rationis contrariam consequenter contra omnem bonam doctrinam.

Rem magis declaro: illa voluntas qua Deus vult omnes homines salvos fieri non est absolute efficax, sed tamen est efficax conditionata, si vit bene Divinis auxiliis tradentibus eis utantur, qualis est voluntas, qua iudex vult vitam cuiuscumque civis in toto servare que etiam habet suam efficaciam conditionalem si dicti cives leges reipublice autem suas conformant, et mercatoris de servandis suis mercibus, que etiam habet suam conditionalem efficaciam, nec ob imminente naufragio vite sui lo quam non obtiterunt, sed

Sed cum tali voluntate efficaci dependenter ab aliqua conditione non est compatibilis independenter a previsione eventus talis conditionis, contraria voluntas, scilicet in mercatore independenter a previsione imminentis naufragii

voluntas abla, etc. ar servandi merces, seu eas totius in mare proiciendi, et in iudice independenter apprehensive cuius non servati, et legis dei publice praeculcatarum a cive voluntas esfax, et abla c. illarum extendi. q. independenter apprehensive mali usus Deorum auxiliorum non dat ensio voluntas abla, et efax aliquem plectendi ignibus eternis ex suppos. alterius voluntatis conditum dari de fide est. q. illa non det admitti.

Imo ab scholis Catholicorum esset quam longissime recidenda per quam totius sacre scripture infamatur doctrina tanquam enutilis atque etiam dolosa, et fraudulenta, haec quo ob ore spretio piorum et improborum praemia nobis in ea proponuntur, ut sanciunt leges, prespetia q. et benedict. statuunt illarum observatoribus, et transgressoribus maledicta et supplicia. Quo vultu tot tantis q. consiliis ad bonum instruimur, et a malo deterremur, an candido et syncero animo de malis nostris Deus dolet, et plangit populi sui scelera eum derelinquentis. Et ex v. testatur nil Ipso, sed ex vitio eius suam perditionem pendisse, et ex ipso tantum modo suum auxilium?

Certe populus, qui se ad eternas infoelicitatem destinatum abla, et efaulter ante oem notas et examen suarum actuum inspiceret d.a Deum suo iure insurgeret n. ex me o crudele numen, sed ex te perditio mea: q. antequam causas meas discuteres n. recti iudicis more, sed atrocis tyranni ad instar me condemnasti. Male, et iniquo aio planctum de meis malis effingebas, quem immerentem infoelicissimum, et eterno affixum mallo effecisti. Cur me transgressuro tuas leges maledictionibus deterrebas, quas me ante talem ditus lux atro citer oppresseras, aut cur benedictionibus ad observantiam alliciebas, quos ab omni benedictione, aut innoxium crudeli fato excluseras. O tua vilia precepta, et dicta, quae nos instruebas, et exa q. adviv tam alliciebas

et arcebas a malis, ex quo nullum fructum percipere poteramus, q. iam morti eternae sibi tuae duntaxat obtractu nos consecraveras.

Ingratiores tibi sine dubio fuissemus, leges tuas conculcantes, et dicta irridentes; quies omni studio, et animi applicatione incumbentes ita ut nec iota unum illarum, aut apex nos preteriret, quia per hoc studium tuae ei antiquae voluntati resisteremus, et per istam negligentiam ad nutum eius nos componeremus; per seipsum, et dolorum nos revocabas a malis, quos tuae voluntati in mores gereremus, et inclinabas ad bonum, cui ipsi resisteremus etc. Sed haec, quae exdicendis de posse firmiora efficient pluribus prequi non et opus. Sect. 2. Nec de possibili ea voluntas conceditur.

Sectio 2.

Nec de pôsli ea voluntas conceditur.

Ita omnes fere qui illam de facto negant, eius rationem etiam impossibilem ostendunt. Probo quod hanc desertas voluntas absoluta, et efficax per quam homines, et angeli, ante omnem delictorum praevisionem damnentur poenis ignis eterni flammis iniusta, et inhumana est. quod talis voluntas Deo est impossibilis, imo est expressum Divi Augustini in multis locis. Epist. ad 6. ait, Deum fore iniquum si homines damnaret, et non propter peccata, hoc, iniustitiam, massa quidem generis humani si esset istius media ut quemadmodum nihil boni ita nec mali aliquid mereretur non frustra videretur misericordiae vasa ex ea fieri vasa in contumeliam; et infra: quemadmodum tas ut ex ea fierent vasa in contumeliam; et infra: quemadmodum immeritum, et nullo obnoxium peccato, si Deus damnare crederetur, alienus ab iniustitia non crederetur. Eandem sententiam fulgentius, Prosper, et alii. [illegible] non nisi temere negavit esse iniquum, et inaequum damnare quemquam eternis flammis

ante preceptum, et examen jus cg.

Sed probo hoc rat.e 1.o injusta est iniqua q. voluntas per qm damnat innocens, imo reus incognita et diligenter discussa sua ca. Hæc propositio est lumine na nota, et tanqm certissima declaratur in Concilio Tridentino sess.e 14 c. 5. Sed per illam voluntem damnatur innocens, q. in illo priori nulla sub culpa intelligitur quem damnat, cum sit, ut supponitur ante dem notam demeritorum. Ergo iniqua, et injusta est atq. adeo impossibilis.

Secundo probo hoc ipsum: decretum illud abiq. dubio est iniquum, et injustum in quo æquitatem servari in pœnis que injungit est impossibile, sed æquitatem servari in pœnis que per tale decretum injungit est impossibile. Ergo etc. Probo minorem: impossibile est æquitatem servare in decreto cuius detractu præcedat nota delictorum ius qui castigandus est, et non qualiscumq. sed cum oi distinct.e et specie illorum. Hoc præterqm qd est lumine na notum fuit expressum in Tridentino ubi: Constat .n. inquit, sacerdotes judicium hoc incognita ca exercere non potuisse, neq. æquitatem quidem illos in pœnis injungendis servare potuisse, si in genere dumtaxat et non potius in specie, ac sigillatim sua ipsi peccata declarassent. Quod non de judicio pœnitentiæ dumtaxat, sed de oi certissimum esse dubitat: imo ex hoc qd in omni recto judicio esse servandum nale lumen ostendit necessitatem integræ confessionis probat de sacramento pœnitentiæ, qd in recti exercitio judicii ratione fuit a XPO institutum.

H. Atqui non precedit illud decretum eius mi nota, q. ut supponimus et ante dem etiam ignorata notam delictorum ergo injustum, et iniquum est. Confirmo, q. ad

n. poteit precedere hoc decretum iudicium istum: ut servet omnis equitas et iusta, siue Deo hunc hominem flammis eternis affi cere; q[uia] ille in eo priori nulli obnoxius est peccato, cuius in equalitate poenas equatur; decretum iudicii poenas previum definiens, ideo n. precedit, et dirigit praedictus iu dicium, decretum tu, poteit n. esse iniustus, temerarius et praeceps, ut est dictum. Itaque esset notas decretus de ex tra poena ante nota delictorum, atque adeo indignum Deo.

Secunda ratio: illam voluntatem frustra ri est dingens, id voluntas alia, et efax actus frustra ri dingens est n. poteit esse in Deo, q[uia] alia et efax Dei voluntas est infalibilis et infrustrabilis, heresia, ut est indubitatus. Ergo illa n. poteit esse in Deo. Probatur minor, dingens est atque in ... cum tali voluntate hominem ... an gelum, quem tam male afficit ut peccare aut n. hoc neget, dicendum erit dictum, iuxta n. esse dingens, si narium ... impossibile peccare illum hominem, quod si admittent adversarii, q[uia] cum impossibile n. ... erit nece ssarius, atque adeo Deus necessitabit hominem ad peccandum erit autho[r] et causa culpe, quod est hereticum.

... dicunt illam finem, nempe atque in sensu composito cum tali voluntate peccare hominis esse dingens, n. negabitur etiam dingens esse frustrari dictum decretum. Probatur: hoc per talem decretum poenis eternis designatus n. peccare, atque in sensu composito cum designatione est dingens, sed n. peccare est frustrare decretum Dei est idem; q[uia] infrustrabilitas dicti de creti est omnino dependens a peccatis eius hominis. Ergo frustrari dictum decretum est dingens, sed decretum aliud et efax q[uia] frustrari est dingens n. poteit convenire Deo, cuius ... ...

efficacia sunt infalla, et infrustralla per eam Dett.a

Dicet forte aliquis esse independentem infrustrabilitatem dicti decreti a peccatis, Deo, q. ut se opponitur per dictum decretum decernit infernus ignis tanquam supplicium, et paena, libere n potest esse independens a peccatis ut est per se notum: ergo infrustrabilitas dicti decreti n potest esse independens a peccatis.

Resp. decretum n esse de igne eterno tanquam suplicio, et paena deterate, sed ut illatrate, si homo ad ignem ante designatus peccaverit subibit paenam ignis eterni in satisfactione suorum flagitiorum sin aut.n subibit eius eternus cruciatum ad ostensionem supremi Dnii Dei. Deinde jam adversarii desua sa cadunt magna ex pte, et mihi hanc opinionem concedunt plane Deum ante praevisas culpas nusquam designare aliquem flammis eternis absolute et efficaciter ex motivo iustitiae duntaxat: cum decernere alicui absolute et efficaciter eternus ignem tanquam supplicium et paenam ante ab illam praevisionem et examen sui ce iniustum et iniquum esset, atque adeo impossibile Deo, duo uno eorum modo dicentes: quomodo aut.n alterum sit etm impossibile nempe designare Deus aliquem hominem, vel angelum ad eternus ignem in manifestationem sui absoluti dominii, quod mox ostendam.

Tertia ratio: Judex, qui fieret hoc decretum ante eorum notam bonorum, vel malorum operum suorum subditorum: ex his decerno efficaciter aliquos ad triremes ire c. pleutere, si delicta committant in paenam delictorum suorum innocentes sunt ad orbem mihi traditi, potest is iniustus et iniquus dubio esset: iniustior q. et iniquior foret si aliquos sin par, vel ea miserabili litturam muniret, aut navis quidem

mali egerint, quia vi eius exponit iudex ad depellendos illos ad delinquendum, aut arte ad innocentes tanquam reos plectendos, etiam nulla atrocior [illegible] tyrannis. Ita a Deo procul est eiusmodi decretum, et alterum omnino detractum et fixum de poena aeterna [illegible] talis, quod impugnamus breviter tantum atrocius a Deo debet esse aequum longius, si haec habent certiora ex dicendis. Sectio 3. Nec possibile est hoc decretum post scientiam mediam delictorum.

Sectio 3.

Nec possibile est hoc decretum post scientiam mediam delictorum.

Venerabilis Pater Iacobus Granado hic tractatu 8. disputatione unica admisit hoc decretum, et non 10.m de possibili, sed de facto propugnavit, quem ex parte sequitur P. Arriaga admittens illum de possibilibus, dicens in forma sub qua a multis Patribus defenditur non tantum habeat asperitatis, quantum in Thomistica, sed adhuc mihi vehementer displicet; quia doctrina ipsum militant omnia testimonia Sacrae Scripturae et Patrum, quae doctrinae tale decretum absolutum solent opponi, nam quomodo erit verum illud Ezechielis, numquid voluntatis meae est mors impii? In hac doctrina, quae ponit absolutam et efficacem voluntatem mortis aeternae illius ante quam nomen impii recipere, et ex vero mereatur. A morte aeterna in quam inevitabili decreto destinatur, ordinat temporalis vita illius miserabilis hominis vel angeli [illegible] ultimum modum dicendi, ita ut vera sit haec propositio: ideo est talis homo vel angelus, quia in eo vult Deus iustam sed in ber aeternam eius mortem ostendere; ergo voluntatis eius est mors impii, et non est verum quod dicit nolo mortem peccatoris, sed ut magis convertatur, et vivat

Imo mortem vult non peccatoris, sed detestabilius, et execrabilius est etiam innocentis, scilicet dei mortem aeternam absolute, et efficaciter vult antequam quidquam mali egerit per quod in se iracundiam Dei tam acerbe provocare posset. Sed his omissis, et SS. Patrum testimoniis, quae copiose congerunt, et graviter ponderant nostrae sententiae propugnatores ad rationes quibus innititur pervenio.

Prima: ea voluntas per quam Deus absolute, et efficaciter vult aeternam mortem alicui antequam aliquid mali absolute egerit, imo nec sit actu, solum ut ad ostensionem suae iustitiae, et suae misericordiae est crudelis, et horribilis. Sed ea nec fuit, nec potuit esse in Deo. Probo antecedens ex August. tom. 8. in c. Psalmi 125: euntes ibant: *melius est, inquit, ut nullus sit miser, quam ut tu facias misericordiam: quia si ut faciat misericordiam optat esse miseros? quomodo si medicus ut exerceat artem suam optaret esse multos aegrotos crudelis medicina esset.*

Ex quo textu constat non esse medicinam, sed carnificinam, quae optat esse aegrotos ad se ostendendam; nec misericordiam, sed atrocitatem esse, quae optat esse miseros ad sui ostentationem, et sine dubio multo atrocior, et crudelior est medicina, quae non modo optaret esse aegrotos, sed eos facere et sic de misericordia, quae faceret miseros ut se ostenderent. Sed Deus, ut se ostenderet iustum in damnatos, et misericordem in electos iuxta hanc sententiam, non modo optat, sed re vera facit miseros et aegrotos: imo mortuos infelicitati fato aeterni damni, ex vi decreti inevitabilis ante quodcumque meritum tam infandae sortis. Ergo iuxta hanc sententiam crudelis est Deus et atrox.

Secunda ratio: ea voluntas est iniqua, et iniusta. Sed nec fuit nec esse potuit in Deo. Maior ... et antecedens constat ex

Augustino in locis citatis 1° et sect.is precedentis. Et p.r etiam ratione iniustum, et iniquum est velle alicui malum quod non meretur, et maxime si malum sit omnium malorum gravissimum hoc primum est lumine naturae notum, sed ex vi illius voluntatis vellet Deus homini, vel angelo malum quod non meretur et quod est atrocius malo rum omnium pessimum nempe eternam mortem. Ergo iniusta, et iniqua est.

Et confirmatur; quia non potest esse iusta voluntas quam rectum hoc iudicium non precedat ut servem illesum ius Petri v.g. et ipsi tribuam quod debetur ei attento iuris ordine ei ta pœna, aut premio illum afficere debeo, aut id certe quod me ab solute, et resolutorie decerneret hoc etiam manifestum est, sed il lam voluntatem, quam ponunt adversarii non potest precede re tale iudicium quia attento iuris ordine in illo priori, in quo non dum Petrus intelligitur heres esse actu rectum iudicium iudi cabit potius non debere ei tantum malum decerni quod non meret pro statu priori. Ergo non potest esse iusta voluntas, quam ponunt adversarii.

Tertia Deus habet istam voluntatem erga omnes homines salvos fieri, que ut dixi est efficax sub conditione nisi ii per suas culpas indignos reddant eterna ista felicitate. Et similis illi per quam mer cator vult servare in tuto merces suas nisi eas obtiterint inimico [illegible] vult servare in tuto merces suas nisi eas obtiterint imo humiditati sue vite, et ei, per quam Pater familias vult familiares suos in domo conservare, nisi ii recte economie sui negligen tiis obfuerint, et ei per quam pretor vult in pace tueri vitam, et res familiares civium suorum si ii similibus legibus obe dientes in officiis detineantur, et similibus, que sunt sub conditione effi caces. //

Sed eam istis voluntatibus et in[illegible] volun

voluntas exclusiva dictitinis independentr a prevu. abla despositionis aut dicant mihi adversarii an suppositis dictis volunte possit mercator here ablam voluntem proiiciendi merces in mare independentr a previs. abla qqs tantis periculis vitæ suæ et Dñis Familias ejiciendi e domo suum, v. familiares ante previs. ablam gravis damni imminentis tantillis ... in illa: et prætor damnandi ad triremes ... c. aliquem antequam constet ipsi de gravi præjudicio Reipublicæ et Chirurgus aliquem ... secandi brachii, ... ante ablam previs. manifesti periculi toti corpori, et vitæ proxime imminentis, ergo dicta abla voluntas et efficax non debet concedi.

Si mercatorem videremus qui vellet proiectionem mercium suarum in mare abli, et efficaciter et ex toto abla et efficaci voluntate eligere navim ad transfretandum ... nimis tritam et ... nauclerum imperitum, qui illam regeret, tempus, quo tempestatibus atrocius efferveret mare, et vias frequentissimi ... infamem. Nonne manifeste constaret talem mercatorem non fuisse alteram voluntatem ablam et efficacem conservandi suas merces, quam explicuimus, et idem de aliis similem voluntatem habentibus non video quomodo hoc possit negari; Sed Deus non aliter se gereret cum iis, quos a regno cælorum exclusisset per illam ablam voluntatem, quam impugnamus, quam iste mercator cum mercibus suis, ut est manifestum. Ergo sicut convincitur istum non fuisse illam voluntatem ablam et efficacem, si habeat alteram ita etiam convincit nec Deum illam fuisse, si habeat istam quam ponunt adversarii, ... est de fide. ...

Doctrinæ confirmatio et dilucidatio

Sectio 4.
Doctrinę confirmatio, et dilucidatio.

Quarta ratio: si Deus haberet illam voluntatem ablatam, et efficacem eiiciendi ad ignem æternum aliquem, erit causa et author ipsius eiectionis, et damnationis, et ei tanquam suo authori, et causæ absque dubio attribueretur, sed hoc est manifeste falsum, et quod pias verberat aures, cui non auditu non sit horribile Deum esse authorem, et causam perditionis, et miseriæ hominum et illud esse delendum tanquam falsum, perditio tua ex te Israel tantummodo ex me auxilium tuum. Ergo etc.

Probo maiorem: qui intendit absolute et efficaciter aliquem finem est causa, et author executionis eius. Et maxime si illum finem quem intendit tandem deducat ad effectum, hoc est in omni bona philosophia indubitatum, et certum, nec ullus qui noen philosophi mereatur ei resistet. Ergo si Deus haberet illam voluntatem erit author, et causa perditionis hominum; sed hoc non est audiendum. Ergo neque illud unde infertur.

Et confirmatur: quia si Deus haberet illam voluntatem esset author, et causa perditionis Iudæ, non minus proprie et per se quam sicut causa et author dilectionis Petri; sed hoc est hæreticum. Ergo etc.

Probo maiorem; quia non minus proprie contingeret perditio Iudæ, si intentio Dei, quam dilectio Petri. Ergo non minus proprie, et per se Deus esset causa et author dilectionis quam perditionis. Probatur: quia fines qui proprie, et per se amantur, et intenduntur ab aliquo medio, quibus cum aliquid non potest proprie, et per se debent amari et eligi; sed finis æternæ perditionis Iudæ et finis æternæ salvationis Petri in hac sententia proprie, et per se amantur. Ergo media quibus eos Deus assequi non potest æque proprie, et per se debet amare et eligere. Sed ad perditionem æternam Iudæ non est medium minus necessarium

proditio qm Dno ad aeternam salvat. Petri. Ergo proditio, et Dno aeque proprie, et per se debent amari et eligi etc. adeo causari; hoc autem ut dixi hereticum est. Ergo etc.

Dices cum Granado ex illa voluntate aeterne perditionis Judae sequi duntaxat perditionem proditionis et Deum ad summum esse eam permissivam tam quoad nullus est in poeni ens. Dico et 1°. quia tum hac sa non minus proprie amatur, et intenditur perditio aeterna Judae, quam aeterna salvatio Petri. Ergo minus proprie amatur proditio quam Dno. Dico quia media non a via ad finem proprie et per se amarentur a Deo, tamen proprie, et per se amat fines, et qui duos fines amaverit aeque proprie, et per se, ... proprietate, et per se itate, ut est evidens amabit naria media ad illorum adeptionem; sed in hac sa non minus proprie amatur perditio aeterna Judae, et intenditur ut finis, quam amatur aeterna salvatio Petri. Ergo non minus proprie amatur, et causatur proditio Judae quam Dno. Patet.

Dico et 2°: quia ex illa voluntate aeternae perditionis Judae non solum sequitur permissio proditionis, sed ipsa actio proditionis, ... sequitur Deum esse eam et authorem proditionis et non minus proprie, et per se, quam salvationis. Probo ant: quia illud proprie et per se sequitur ex vi alicuius voluntatis efficacis, quo praecise sublato frustratur talis voluntas; sed praecise sublata proditione Judae frustratur efficax voluntas aeterne suae perditionis non minus quam frustraret voluntas aeternae salvationis Petri praecise sublata sua conversione. Ergo sequitur ex vi voluntatis perditionis Judae proprie et per se actio proditionis et ipsa proditio: id quod sequitur per se et proprie causatur per se, et proprie, et non solum permissive, quia permissio non est actio proprie et per se ut dicitur ex Tridentino sess. Can. 6. Ergo etc.

Dicitur 3°. quia ideo dicitur Deus causa et author medi
orum per quae certissime liberantur quicumque liberantur, quia haec su
pponunt in Deo efficacem voluntatem talis finis, unde dependent.
Sed media per quae certissime perdunt quicumque. Quum mor
te aeterna perdunt etiam consupponent in Deo efficacem volun
tatem talis finis, a qua aequaliter dependent. Ergo non minus
est author, et causa illorum quam istorum mediorum; sed media per
quae reprobi certissime perduntur sunt culpae, et finalis
illorum impoenitentia. Ergo Deus non minus est causa harum
Dicendum hanc partem, quam mediorum aeternae salvationis, quod est haereti
cum.

Dicitur 4°, quia permissio non est actio positiva in esse
sed negativa dumtaxat eo quod scilicet iustus de causis per
mittens non impedit, ut revera potest aliquam actionem esse, et ideo
permittenti iustis de causis nec physice, nec moraliter tribuitur effectus.
Non physice: quia non influit physice in illum, ea ratione qua permittit
nec moraliter: quia cum iustis de causis talem effectum non impediat
non debet ei prudenter attribui. Nec videtur quomodo possit aliter
explicari actio permissiva negante Tridentinum dictio illam
esse actionem proprie, et per se in illa sessione 6. can. 6. nam si per
illam vere, et proprie influeret in effectum non nisi immerito opposi
ta actionis ratio ei denegaretur, quae in eo solum distat ut
sit exercitium per quod bene, et proprie dicitur esse effectus: nec scio,
quid aliud requirat actio, et causalitas, unde mereatur hoc no
men. Ergo

Ergo ex illa voluntate aeternae perditionis unde non solum
sequitur permissio, sed prava actio propria et per se prodit. Pro
bo consequentiam: ex vi voluntatis absolutae et efficacis alicuius finis non solum
sequitur voluntas non impediendi contrario media ad adeptionem

talis finis; sed tantum voluntas directe ponendi illa, nam sequitur voluntas illorum, sine quibus, quod intendit est impossibile adipisci; sed aeternas perditionem Iudae, quam intendit, sine proditione est impossibile adipisci. Patet Ex eo autem Deus dicitur proprie et per se causa Divi Petri et paenitentiae Petri, quia ea proprie et per se sequitur ex voluntate quam habet salvationis suae. Ergo cum etiam sequatur proprie, et per se ex voluntate perditionis Iudae proditio, et impoenitentia; non erit minus proprie et per se author, et causa istius, quam illius, sed hoc est hereticum. Patet.

Addo ad extremum in confirmatione quia contrarietatibus et contradictionibus plena esset, atque adeo chymerica oratio dominica, quo nihil potest dici absurdius, et detestabilius. Probo sequellam 1.º quia nomen Patris, qui pietatem praesefert, et benignitatem a reprobis Deus audire non mereretur, nam quid a pietate, et benignitate Patris remotius est, quam voluntas absoluta, et efficax perdendi, infamandi, aeterno carcere obtrudendi, et morte miserrima eos afficiendi, a quibus nomen Patris vult audire; et hoc, antequam quidquam mali egerint quo tam acerba voluntate digni efficerentur.

Secundo duae illae petitiones, ubi dicerent *adveniat regnum tuum*, et *fiat voluntas tua*, quia per primam petitur, ut non fiat sua voluntas, ipsa antiqua absolute decrevit a regno excludere illum, et aeterna miseria afficere cum suam regnum concedendo. Et per 2.am petitur ut non concedatur ipsi caeleste regnum, sed potius sicut ab ipso decretum est caelo excludi. Item 2.a ista petitio illius dicentis: *dimitte nobis debita nostra, et ne nos inducas in tentationem; sed libera nos a malo*: quia petens ut sua voluntas fiat petit non dimitti ipsi sua debita neque excludi a tentationibus nec liberari a malis; sed potius tradi iis, quae sunt sine intentione et voluntate absoluta

et faciem Dei damnandi &c.

Quid? quod non liceret petere regnum a Deo nec remissionem debitorum &c.; sicut non licet petere quod voluntas eius non fiat, quod divinus suae voluntati, et talis petitio et esset evidens in oratione esset importuna, impertinens, et prorsus inepta, nam quid ingratius Principi supremo, ne dicam Deo ipsi, magis ... esse poterit atque ineptius quam enixe petere ultimum voluntatis ... et decretum maturo consilio, et non per levitatem suscep... mutare in divinum? oratio Dominica est norma certissima omnium orationum et petitionum quae in illa continentur sunt prudentissime, et quas assidue in conspectu altissimi effundere ... esset expedientissimum et Deo pergratissimum, quod ea voluntas ..., ex qua ... absurda, ... merito debet reiici, utrum autem ex dignasit acervum censuris, aliubi solet inuri a multis Theologis et satis gravibus, alii iudicent. Sectio quinta Granadi infirma.

SECTIO 5.

Fundamenta Granadi infirma.

1° opponit Granadus nonnulla testimonia, quibus videtur Paulus nos docere avere ad Rom. 9. Iacob dilexi, et Esau odio habui, et hoc antequam ... boni aut mali egerint.

Sed hoc testimonium ei non favet, ut ... interpretantur ... et alii Patres, qui amorem Iacob ... Dei ... retulerunt odium ... Esau ... iustitiam Xti quam ratione originalis culpae, ante ... actum ... odio dignus erat; non odit Deus, inquit Augustinus tom. 4. ad Simplicianum q. 2. columna 5. Esau hominem, odit Deus Esau peccatorem, et in Epist. 106. columna 10. ideo damnari Esau inquit, quia originali labe infectus erat.

Secundo non favet ei ... Thome

hic q. 23. art 3 ad 1um et ante alibi, ubi docet odium Dei non esse actum aliquem positivum per quem vult malum alicui, sicut amor est actus, quo vult bonum, sed est solam omissionem actus, per quem bonum vult, in ordine quibusdam, inquit, non vult hoc bonum, quod est vita aeterna, dicitur eos habere odio, et reprobare. Dixit quo Deus Iacob, hoc est, ei voluit felicitatem aeternam, et odio habuit Esau, idest non voluit efficaciter, et absolute ei simile bonum. Sed hoc quid Granadi refert, qui non contentus negativa ista voluntate positivam concedit per quam ei vult aeternam perditionem.

Opponit 2o exemplum figuli ex eodem Apostolo [...], et ita arguit: liberum est figulo luti partem colligere ex luto ut ex illa fingat vas in viles usus, et partem ut vas ad usus honorificos effingat; quin propterea vas illud possit contra artificem insurgere dicens, cur me fecisti sic. Ergo cum Deus ad instar figuli se gerat in electione et reprobatione poterit similiter pro arbitratu suo ex eadem massa hominum, idest, antequam ipsi per merita bonorum, vel malorum operum se discernant aliquos eligere ad gloriam, et aliquos ad miseriam.

Sed ret. Dominus Augustinus potuisse quidem Deus ex massa nostri generis labe originalis culpae infecta per summam pietatem vas in honorem efficere, et vas in contumeliam, non quidem volendo ei infamiam, quam non merebatur, sed in ea eam derelinquendo quam originalis culpae quo revera meretur. Unde illa electio est secundum Augustinum actus positivus summae misericordiae et pietatis, per quem a miseria in qua iacebamus efficaciter nos destinat sublevare. Ita vero reprobatio non est actus positivus, sed negativus in quantum scilicet a miseria, in qua ratione originalis culpae omnes iacebamus iustis de causis non vult aliquos sublevare efficaciter. Ita in tomo 2. Epist. 105 ad Sixtum columna 5. et in Epist 106

addit hec massa tibit generis humani, n quet ita media, ut quemadmodus nihil boni, ita nec mali aliquid mereretur n' frustra videretur iniquitas ut ex ea fierent vasa in ctumelias. Ex quo textu ctat manifeste fore iniquum Deum si pro eo priori in quo ndum potuit videri homo ctumelia, et infamia dignus illum nihilominus ad contumelias et infamiam destinare. Qui hic textus n favet Granado, qui de potentys omnibus actus misericordiae et electionis expresse D. Aug. interpretem facit tacitum pro actum positivum reprobativum constituit etiam etm independentem a peccato originali, ei pro illo priori in quo ndum homo est dignus ctumelia.

An liceret figulo luti fingere vas ad vias, et infames usus si aliquis haberet lutum ut ex eo vasa ad usus honorificos fingerentur, et n ad usus infames? Certe illicitum, et iniustum esset tale opus Granadus refert, si ante notam peccati originalis habet massa nostri generis aliquis ne ex ipsa fiant vasa in ctumelia, per reprobationem, et exclusionem a possessione sui naturalis finis, quae est aliqua Dei quieta, et pacifica possessio. Qui n potest negari quod praecedat nota peccati saltem originalis per quod nostra natura amisit talem ius ad possessionem sue felicitatis illud derelictio, seu omissio electionis in quo stat ut vidimus, et n in aliqua positiva voluntate reprobatio. Ad hoc quis distet a doctrina Granadi quis n videt?

Obstonit 3° S. Thomam qui in hac q. 23. art. 5. ad 3.um refert ad divinam voluntatem tam electiones quam reprobationes, quare hos elegit in gloriam, innuit, et illos reprobavit, n habet rationem nisi divinam voluntatem. Ex quo textu sic arguitur: si voluntates reprobativas praecederent peccata reproborum esset ratio reprobationis praeter voluntatem divinam nempe peccata, quae ad tales voluntates trahent, et moverent, sed nullam rationem agnoscit

S. Thomas prept. Divinam voluntatem. Ergo non precedunt peccata voluntatem reprobativam. Et hoc apertius dictat ex art.º 3. ubi in fine corporis ait, sicut non praedestinatio includit voluntatem conferendi gratiam, et gloriam, ita reprobatio includit voluntatem permittendi aliquem cadere in culpam, et inferendi damnationis poenam pro culpa. Ergo non potest negari in via S.ti Thomae voluntatis antecedens reprobativas, sicut dedit voluntas electiva; utramque non providam parificant.

Sed a doctrina Granadi quam longe est S. Thomas ut apte patebit eum art.º 3. perpendenti. Ex antecedens cuius doctrinas reo reprobationis negative, hoc est, omissionis actus misericordiae, per quem hunc velit efficaciter sublevare a miseria nullam esse ratio nisi Divinam voluntatem; sicut ipsius actus misericordiae, per quem velit aliquem efficaciter a miseria sublevare, et eligere ad eternas felicitates nulla etiam est ratio nisi Divina voluntas. Sed hoc quid prodest Granado: aut quomodo ex eo colligit illam suam novam voluntatem reprobativam? Nec minus frigide textus alter adducitur. Esto ibi tam voluntatem permissivam: quid inde? Ea certe nec infert poenam eternam nec delicta, quae irrat; sed non esse iustis de causis a Deo ponenda obstacula ut revera posset ne ea delicta committerentur ab aliquo, quibus infallibiliter eternam poenam esset meriturus ut videbimus, ita Granadus tali negativa voluntate non est contentus ponens novam, quam exponimus. Ergo longe est a S. Thoma. Sectio 6. Iª ratio Granadi

Sectio. 6.
Iª ratio Granadi.

Non potest negari, inquit Granado, post prævisum ... malum usum auxiliorum Divinorum in aliquibus circumstantiis, voluisse Deum efficaciter Iudam v.g. in illis circumstantiis ponere, et permittere peccata, in quibus esse moriturus certo cognovit; ... est voluntas efficax reprobativa. ... non potest negari in Deo. Hæc est ratio maioris momenti pro Granado, et ad quam cæteræ reducuntur, et ideo eius vis atente examinanda est, et mens Granadi diligenter emendanda, qua in re ... averite, forte sola voce, distat.

Resp. igitur concedendo Deum habere efficacem voluntatem ponendi Iudam in circumstantiis, in quibus vidit per suam scientiam mediam malum usum auxiliorum Divinæ gratiæ, et permittendi illa peccata, in quibus videt ipsum obduraturum, vitam infeliciter esse finiturum. ... Certe si hoc solo contentus est Granado in re a communi sententia non discedit, et immerito ab aliquibus rigide, et acerve tractatur. ~~...~~ ...

Nihil enim est certius, quam velle Deum supposita notitia de malo usu ~~...~~ auxiliorum Divinæ gratiæ, et et peccatorum committendorum, ... ponere in dictis circumstantiis, et permittere ei dicta peccata, sed hæc voluntas non est ... unde per se, et ... sequitur æterna poena, nec potest dici proprie reprobativa, ... ex ... regno cælorum, ... negative, quatenus ... ut ait S. Thomas ... bonum quod est vita æterna.

Itaque ut in difficillimo ... negotio cum claritate procedamus, et omnem ... Computemus a Granado requiram: an ipse ponat in Deo ... voluntatem, quæ antecedat ... prævisionem peccatorum ... per se et ... sequatur æternam ... an non.

Si hoc asseret ei amici erimus, hoc n. est qd nos cum coi Theo logorum defendimus, n autem propugnet alterius, sive illas voluntates permissivas vocet, sive alio mitiori, et honestiori noie decoret, dummodo eat cum coi sententia, et veritati, et id illum pugnant doriter ex rationibus, et textus, quos adduximus.

Illa n. voluntas, quam omnes nullo dissentiente decernimus sumus per quam Deus visio per scientiam mediam malo usu Divinorum auxiliorum iniustus circumstantiis vult ponere in iis Iudam et permittere ei peccata, in quae durans misere erit vitam finiturus n est causa unde perire, et proprie physice, ut moraliter sequitur Iudae perditio n physice. Praedictae circumstantiae nec sunt perditio ipsa Iudae, nec cum illa ex se habent ullam connexionem cum iis n. volunti Iudae integrum fuit diuingere bonum usum auxiliorum Divinorum eo melius facile quam ipso in circumstantiis, in quibus fuit constitutus et bene iis utitur. nec voluntas permissiva ea parte, qua permissiva est influit physice et positive in peccata numquam iure remittenda, neque ex ea proprie et per se sequuntur dicta peccata, in quae improprie et negative, et eo ipso improprie et negative duntaxat Deus permitteris dicitur influere in quae sunt ipsius de iis n intellexit ut potuit qd patrarent.

Et quidem si decerneret semel volunti permissivae proprius, et verus influxus, et effectus proprie, et per se sequeretur ex illa nulla de re poniet dictum esse illius verae causae, et veram causam et frustra Tridentinum illam negaret esse proprie, et per se causam illam sess. 6. Can. 6. Nam ut ponderabamus illa magis proprie vera causa est, quam quae cum oi proprie fit esse effectui. Dicendum ergo est voluntatem illam ponendi Iudam in dictis circumstantiis et permittendi ei dicta peccata n influere physice neque esse necessarium ans, unde physice sequatur Iudae perditio.

Imo neq. etiam undesequatur moraliter iam ostendo. In tantum .n. perueret moraliter ex tali volunt. e perditio Iudæ, in quantum Deus vellet Iudæ perditionem illam intendens aliquo efficaci actu destrato physico et reali; vel saltem simplici quodam actu illius complacentiæ; aut certe actu interpretatiuo in quantum constituens illum in talibus circunstantiis, in quibus prescitret eius ruinam quam aliquid eius ageret. sed nihil horum in casu presenti contingit. quare nec moraliter dicta volunt. Dei perditio debet attribui.

Probo minorem: nam cætera sunt per spicua: et quidem non constituere Deum Iudam in circunstantiis ijs ex aliqua efficaci volunt. e, aut ex aliqua simplici complacentia in perditione eius, satis constat ex dictis in hoc cap. quod dicit non deinde nullus ius agat constituens illum in dictis circunst. iis est evidens: nam Iudas nullum habet ius per quod debeat ei exclusio ab ijs circunst. iis in quibus miserrime occubiturus est fato. nullum, inquam, ius fundatum in natura ut est clarum, nec propterea fundatum in promissione aliqua Diuina; quia vi eius decreti, quo vult omnes homines salvos fieri solum habet ius ad auxilia, quæ possit æternas salutem negotiari.

Non est presens controv.a de causa efficienti, aut alia physica, sed de causa meritoria, et motiva, cum n. hunc Deus predestinet, et illum reprobet, ideo sapientes movent visa tam notabili sortis differentia ad instuendam presentem disp.em in qua inquiritur: an ex parte eius quem Deus predestinat aliqua ratio et causa ipsum Deus pretraxerit, ut illum eligeret, et predestinaret, et ex parte illius quem reprobat aliquid Deus invenerit, quod premoverit eum, ut reprobaret.

Et hoc esse punctum presentis controversiae inter alios sapienter annotavit noster Granado hic tract. 7. d. 1. n.o 6. ubi: atque ut brevissime dicam, id de quo existimo a D. Doribus disputari illud nimirum est an omnes effectus Dinae predestinationis aut reprobationis habeant aliquam causam, aut rationes quae Deum moverit aut excitaverit ad illos volendos etc. ut prius notatum fuerat a D. Thoma hic art. 5. in corpore admodum proc sub questione verbibur, inquit utrum ex parte effectus predest.o habeat aliquam causam, et hoc est querere utrum Deus preordinaverit se daturum effectum predest.is alicui propter merita aliqua.

Secundo in superioribus duplex a nobis predest.o disctata fuit, nempe predest.o activa sive passiva, quae est actus Divini

q.q. ad æternaz fælicitatem in electis, et probatum Dei pro i ange
lus certissima transmittit, et prædestinatio passiva, sive maliz, et
activa, quæ est illa Divina beneficia, per quæ tanquam per certi
quos quosdam gradus homo, i angelus ascendit ad regnum Dei,
deuttaq. destinatio disquiritur, an similiter sit ex parte hois, i an
geli aliqua ratio motiva et detrativa, sive meritoria illo
rum actuum, qui constituunt formalem prædestinationem et illorum effectuus
qui constituunt prædestinationem malem, sive passivam, et activam.

Et dixi illorum omnium actuum, et omnium effectu
um, qui activam, et passivam prædestinationem constituunt; quia de tota
prædestinatione adequate, et complete, considerata controversia præsens est, et
non de aliquibus actibus, et effectibus duntaxat, qui pertinent
ad illam tanquam partiale constitutivum, quia de his minor est
difficultas. Aliquos. n. actus, et effectus præsupponere alios
i tanquam dispositiones, i tanquam meritum inter omnes constat.

Sed quia in absolutione presentis difficul
tatis magna solet esse varietas tota procedens ad statuitione
tione nois prædestinatio quovaria solet a Theologis usurpari, ut con
stat ex 1.a contro.e c. 1. ideo animadvertendum erit prædestinationem in ea
dem acceptione quam ibi cum S. Thoma cæteris protulimus, et con
quam hucusque disputatum est in presenti etiam controversia esse acceptu
turos nempe pro transmissione sive præparatione et ordinatione certissi
ma ad æternam felicitatem, in quo solum sua controversia est difficili
bus, et maturo examine digna.

Præsens ig. controversia est an illorum actuum
qui constituunt formalem prædestinationem, adæquant quæ; et illorum effectuum
qui activas, sive passivas similiter adæquant et constituunt detrativa
parte nois, i angeli aliqua specialis ratio Deum movens ad
detrans per modum meriti, seu quidem est: inter Iacob qui

qui est caput prædestinatorum, et figura, et Esau, qui est caput, et figura reprobatorum, tam magna est discretio atque dissparitas tam ex parte actuum Divinorum, quam ex parte obiectorum dictorum actuum: et ideo inquirit an ex parte Iacob aliqua ratio scintillaverit, quæ allexerit, et quasi promoverit Deum ad eam tam notabilem discretionem, et disparitatem.

Et quod ad actus attinet adverto ex dictis ex professo in nostro tractatu de Divina voluntate singulis qui busque actibus Divinis duplex obiectum esse assignandum, nempe primarium, et per se, et secundarium, et per accidens, atque adeo singulos quosque actus Divinos duplicem habere rationem, nempe primariam, et per se, ad primarium obiectum et secundariam ad obiectum secundarium.

Igitur eos actus, qui activam prædestinationem constituunt ex parte prædestinati nullam primariam, et per se rationem præsupponere non est mihi indubitatum, et certum quoniam Deum non dependere a creatura tanquam a sua causa, et prior, neque ab illo suum esse derivare, et hoc est quod S. Thomas docuit in hoc art. 5 corpore per hæc verba: nullus fuit ita insanæ mentis qui diceret merita esse causam Divinæ prædestinationis ex parte actus prædestinantis.

Quare tota dificultas devolvitur ad rationem motivam, et detractivam secundariam, et per accidens, quam concedere actibus Divinis per se loquendo nullius est inconvenientis, ut late iam fuit ostensum a nobis in tract. de Divina voluntate citato, quia hæ rationes, et detractiones non causant, neque specificant, neque ab iis actus ullo modo dependent, neque cum iis conveniunt modo ibi explicato quibus præsuppositis non est dificile quæstionem decidere. Sed prius debemus præmittere errores, quibus mortales in hoc freto naufragati sunt. Cap. 2. De hac materia errores varii.

Caput 2

De hac materia errores varii.

Primus error fuit Originis Adamantii, qui docuit n. semel in libris Periarchon, et in illa lib. I. c. 7. aiam n. fuisse simul cum corpore creatam, sed antea, ita ut prius bene, vel mala fuerit operata, et xa. operum diversitem, a Deo electa, aut reiectam, docet in lib. 2. c. 9. ante finem, agens de prelat. Iacob in utero materno, et saepe alibi cam, et motivum discretionis predestinatorum areprobis ait esse opera bona, et mala quae aiae antequam in corporibus carcerarentur effecerant, per quae electi ad eternam felicitatem, l. reiici fuerint promeritae.

Sed iste error impugnatur amultis theologorum quos refert noster Granado hic tract. 7. d. 2. sect. I. Contra quem aperte militat Apostolus ad Rom. 8. cum n. dum nati essent, nec quidquam boni aut mali egissent n. ex operibus, sed ex vocante dictum est, quia maior serviet minori Iacob dilexi et Esau odio hui. Et I.o Corinth. 5. omnes nos manifestari oportet ante tribunal XPI, ut referat unusquisque propia corporis prout gessit sive bonum, sive malum. Impugnatur amultis theologorum quos refert noster Granado hic tract. 7. d. 2. sec. I. adquem possunt videri.

Secundus error fuit Pelagii, qui ponebat cam meritorias sive motivas predestinationis in nro libero arbitrio destituto auxilio gre interioris. Hic n. eiusque sectatores solam gram creationis hois cum libero arbitrio, et favorem externum promulgationis legis XPI et exemplorum sue vite ssmae. nariam esse propugnabant ad conseq. dam eternam felicitatem, ut constat ex libris diui Carthaginensis in Epist. 90. D. Aug. tom. 2. quem errorem aliquantulum postea temperavit convictus argumentis Catholicorum, sed qn. veritatis scopum nunquam attigit, dicens gram interiorem dari, sed duntaxat ad facilius conseq. endam eternam vitam, et n. ut illam

able, et simpliciter dequi possimus, quo cam able et simpliciter narram ad salutem in via distulit 1.e adiutorio gratiae, qm 18.m requisivit ad melius, et facilius posse salvari, et agere o pera aeternae vitae, et n ad posse simpliciter

Hunc errorem impugnant coitr Scholastici in tract. de Gra videant inter caeteros P. Granado ibi sec. 2. et P. Herize d. 25. c. 2. ubi merito carpit magistrus Navarrete, qui in eximium Doctorem ut in caelum dispuens ostendens affigere ei errorem Pelagii injustissimas dictae se cujusdam bene sententium tempestem excitavit

Tertius error fuit Semipelagianorum, qui Pelagianam haeresim detestarent, et gram Xpi primariam esse dederent adhuc aliquid ne tribuebant quod ad salutem maxime ducere nam asserebant praeter externam praedicatam, aut exortationem n requiri gram per Xpum, ut homo disponi in operetur justificationem posse viribus ne efficere aliquod opus bonum, sive illud sit fides imperfecta, sive pia affectio, et voluntas ad credendum, sive oratio, l quid simile, per quod mereret perfectam fidem etc.a Unde in assignanda ca, et motivo predestinationis misere decepti fuerunt, quia n a Xpo Dno, et a gratia eius exordiebantur, sed tandem stantes ad nam tanqm ad suum fontem, unde illud fidei initium manabat merita et ras predestinationis reducebant. Mitto alia in qq. etiam Semipelagiani erraverunt quae in tract. de Dna gra tanqm in propria sede prosequemur, et pro impugnatione illorum possunt videri Granado ubi. 2. citata sec. 3. et 4. Et Herize in d. 25. a c. 3. Sed praecipue in c. 8. ubi strenuissimos illius erroris vindices recenset.

Hi sunt celebriores errores in hac ma.

Addam, et alios minus celebres. Talis fuit error Baldaseni, et Prisci lianistarum, cuius meminit Augustinus heresi 35. qui affirmabant quosdam homines ex Diuina Voluntate, et Influentia aderentis esse; ob hoc torum ingenii, inde quod provenire predestinatos et reprobatos; qui iste error efficaciter refellitur ex illo Pauli: Sed et Rebeca ex uno concubitu habens Isaac patris nostri. Et ex illo Ieremie 10. a signis cali nolite timere, que timent gentes, quia nec mala possunt facere. Videatur Augustinus lib. 5. de civitate c. 2. et sequentibus.

Discipuli Valentini, et Basilidis etiam erraverunt in hac materia; nam asserebant diversas esse naturas animarum, quasdam terrenas, et natura addictas terrenis cupiditatibus, quasdam vero spirituales, que peccare non possent, et has protereas a Deo predestinari, illas vero reprobari; qui iste error refutatur omnibus iis argumentis, quibus ostenditur omnium hominum animis inesse liberum arbitrium. Calvinus, et Lutherus cum sectariis etiam erraverunt in hac materia, sed diverso modo; nam affirmabant esse eandem Deum reprobare, necessitatem peccandi inducere, et predestinare inferens necessitatem bonorum operum, et ita in nobis mala, sicut et bona operari. Contra quos est deffinitio Tridentini sess. 6 Can. 4. et sequentibus.

Postremo non debet pretermitti error Predestinatorum, qui dicebant predestinati circa annum 415. ut refert Castro in verbo Predest. et Prateolus in verbo Predestinati. Hi asserebant pie viventibus non prodesse bonorum operum laborem si a Deo ad mortem ordinati fuissent. Et impiis, et peccatoribus non obesse quecumque scelera, et flagitia si Deus illos ad vitam eternam predestinavisset. Quo errore et boni a bonis operibus avocabantur, et mali ad mala provocabantur. Sigibertus monachus in suis chronicis, auctor hos hereticos exortos esse tempore Honorii Imperatoris, et Innocentii I circa annum 414.

Damnavit illum in parti Valentinus Concilium in Gallia anno 855. Cujus author, et caput fuit ut advertit Baronius Gotescalkus, contra quem fuit coactum Concilium Moguntinum tempore Rabani, in quo ipse fuit damnatus, et perpetuo carceri addictus.

Ad hunc errorem revocatur Jovinianus, qui dixit hominem vere baptizatum non posse amplius peccare, et Wiclefus, qui dicebat prædestinatos a gratia excidere non posse, et Joannes Hus, qui dicebat præscitos non esse partem Ecclesiæ, qui damnati fuerunt in Concilio Constanciensi sess. 15. art. 3. et 21. et in Concilio Tridentino sess. 6. c. 12. et can. 17. et refelluntur efficaciter ex illo Pauli 1ª Corinth. 9. Castigo corpus meum, et in servitutem redigo ne forte cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar. Sed jam de hoc errorum spinето ad planam, et lucidam Catholicæ veritatis viam, procedamus. Circa veritatem Catholicam circa causam prædestinationis sectio 1. variæ Theologorum sententiæ.

Caput. 3.
Veritas Catholica circa causam prædestinationis.
Sectio I.
Variæ Theologorum sententiæ.

Omissa sententia Andreæ de Vega lib. 6. in Tridentinum c. 10. et aliorum Catholicorum, quos refert Granado Math. 2. citata sec. qui paululum distant a Massiliensibus venio ad opiniones, quæ sine scrupulo inter Catholicos solent circumferri. Prima est S. Bonaventuræ in 1. dist. 41. art. 1. q. 2. ubi docet non solum fuisse in Deo rationem ob quam aliquos prædestinaverit, sed etiam ob quam hunc, et illum, et reliquos in parti elegerit cujus ratio esse maiorem congruitatem, quam invenit ex parte eorum qui prædestinantur; interdum vero esse alios rationes occultas. Dionysius Carthusianus d. 40. q. 1. in fine art., in salva

Scripturę authorit.e dici potest videri ipsi rationabiliores S. Bonaventurę doctrinas. Ad quam revocari iure possunt Alexander, Albertus Magnus et Henricus, ut bene notavit Granado ibi d.e 3. sect. n.o 3.

Secunda s.a est Gabrielis in 1.o dist.e 41 ubi distinguit duo genera prędestinatorum insignium scilicet et por binariorum, et illorum qualis est Beata Virgo, et D. Paulus, a liis q. eximie sancti nullam prędest.is causam agnoscit, quorum v.o caus concedit, nempe merita, supponit n. sua visione pręcognita a Deo eorum merita usq. ad finem vitę, et post illa prędestinari putat, seu eligi ad gloriam, dua de ca nullam aliam prędest.is propriam effectum agnoscit prętr glorię collatę ad priorum doceat Ockam q.u Ecica, quos fuit secutus Ambrosius Caterinus in Opusculo brevi ad Concilium Tridentinum de Prędest.e et latissime in alio tribus libris distincto quamvis hic author novum loq.i mus prędestinatorum, et salvandorum excogitaverit qui, et quidem merito, inter circumspectiores Theologos n. bene audit.

Tertia s.a, ut alias pretermittam, quę n. tam de re dividunt, quam de acceptione nois prędest.o, docet ex parte hoium, et angelorum, qui prędestinant.o nullam dari causam, et hęc est coiis Ima, et expressa S. Thomę hic art. 5. et Magistri in 1.o dist.e 41 quos fere omnes Theologi sequunt.r Videat.r Granado in d.e 3. citata sec 2. Set nos iam feramus nrum iudicium Sec.e 2.a noster sus.

Sectio 2.

Noster sensus.

Tres prędestinatorum classes distinximus in su periore d.e Ins.a Beatam Virginem constituimus quam diximus electam ante ... cem etiam conditionatam meritorum prevvisionem. 2.m insignium prędestinatorum

quos electos fuisse diximus post prævisionem conditam meritorum suorum per quamdam electionem ablam, et effectem s[tm] suam phycam, et realem tendentiam. Tertiam omnium prædestinatorum quos diximus eligi ad gloriam post ablam suorum meritorum prævisionem phycè, et realiter, et solum moraliter, modo ibi explato, eligi antequam meritis able prævideantur, et de singulis in parti discurrendum.

Sed priusquam veniamus ad decisionem dictis in 1° c. istius disp. addo præter quod an detur ex parte prædestinati causa prove detrans, et adiiciens ad electionem istius prædicti possumus etiam inquiri: an saltem detur causa removens, prohibens, sive habilitans, et dignificans ad talem electionem unius præ aliis.

Sit I.ª conclusio; ut Beata Virgo præ aliis fœminis fuerit electa in 1° suæ electionis ordine, et prædestinata ad gloriam Matris Dei nulla fuit causa, nec detrativa et motiva, nec removens prohibens sive habilitans, et dignificans ex parte illius. Hæc conclusio in qua nulli Theologorum dissentient probatur facile ex dictis in superiore de c. 4. sec. 2, quia in illo 1° ordine electionis non apparet ex parte Virginis Deiparæ aliquid speciale quo debeat præferri cæteris fœminis. Ietti.ª Probo sans; quia in illo priori ex parte Virginis Deiparæ sola est non repugnantia, et proportio obedientialis quam habet natura humana in sexu fœmineo, ut elevetur ad gratiam, et gloriam supremam matris hominis Dei. Sed eamdem non repugnantiam, et proportionem obedientialem habet quælibet alia ad eiusmodi electionem, quia eadem natura est in omnibus. Ergo Virgo Deipara in illo 1° ordine electionis nihil habet speciale propter quod debeat præferri cæteris fœminis.

Confirmatur, et declaratur amplius, quia cum eiusmodi electio fiat ante omnem etiam conditam meritorum prævisionem ut in citato c.° ostendebamus: nihil aliud potest ad eiusmodi electionem præcedere præterquam non repugnantia naturæ humanæ in sexu

-amineo, et obedialis proportio adeiusmodi elevatem, et electiones gratiosissimas, sed in hoc sunt omnes foeminae aequales ut eit clarum, alioqui specie distinguerent. Ergo nihil elucet in Beata Virgine in eo 1o ordine electionis propter quod debeat preferri caeteris foeminis nec hoc debet pluribus probari quod constabit apertius ex dicendis.

Sit 2a conclusio: in 2o ordine electionis potest pie propugnari fuisse Beatam Virginem ratione et causam cur caeteris foeminis esset preferenda. Ad cuius declarationis probationem, et declarationem memoriam refrico doctrinae traditae in eo [illegible] c. 4. nam ibi diximus Beatam Virginem fuisse electam, et praeelectam in Matrem Dei, et hunc praeelectionis ordinem esse antequamcumque meritorum praevisionem et conditionalem, illum vero esse post praevisionem conditionatam meritorum, omnium actuum facturum dependentium a gratia maternitatis, et de hoc 2o ordine electionis qui praesupponit praevisionem optimi usus gratiae admirabilis maternitatis est haec 2a conclusio.

Quam probo, quia potest pie credi Beatam Virginem ornatam gratia maternitatis caeteris aliis foeminis excessuram in optimo usu eius quantumvis eadem ornarent; ergo potest pie credi in 2o hoc ordine electionis qui fit dependenter ab usu gratiae maternitatis ex suppositione quod caderet in esse Beatae Virgini ratione et causam cur cunctis deberet preferri, atque adeo prae aliis eligi. Patet quia non potest negari esse aliquam specialem rationem ad praelationem alicuius in praedestinatione beneficii melior erit usus futurus praecognitus. Ergo si in usu gratiae maternitatis excederet virgo mater caeteris excedens, quod pie potest credi, haberet rationem cur esset caeteris preferenda.

Pro; quia non potest negari esse bonum usum beneficii, et gratitudinem beneficiati rationem specialem complacentiae in

benefactore, et quidam stimulus ad repetenda nova beneficia, et se in facto firmandus; ille 2.us ordo electus de quo loquimur est equivalens ejusmodi complacentiae, et forte 1.m physicus complacentia tantum, et 2.m moraliter electio, in quantum aequivalet cuidam electioni factae dependenter a meritis. Ergo non potest negari esse in Virgine Matre ratio specialis cur caeteris foeminis in 2.o hoc ordine electa sit.

Dices bona opera conditionate praevisa etiam si fiant ex gratia qualia sunt opera de quibus loquimur, quae fieri deberent a gratia maternitatis, non sunt ratio, nec causa movens ad electionem et contrarium sapit semipelagianismum. Ergo licet concedatur Virgini Matri melior usus gratiae maternitatis quam caeteris foeminis etiam si ad eamdem gratiam electae fuissent non ideo debet admitti causa, et ratio propter quam caeteris praeferenda esset.

Respondeo ejusmodi opera ex gratia facta posse esse saltem rationes et causas removentes prohibens, sive significantes et habilitantes subjectum ad electionem modo inferius sectione sequenti declarando, quae doctrina est omnino certa ut videbimus; haec autem ejusmodi electio potest aliquam specialis rationem in Beata Virgine praebere, per quam debeat cunctis praeferri. Dico quia impedimentum retardans ejusmodi electionem est malus usus, aut certe non ita bonus et fructuosus; id tale impedimentum excluditur a Virgine Matre, quia ut bene potest credi videtur caeteris foeminis in usu dictae gratiae excedens etiam si illa afficerentur. Ergo non potest negari aliqua specialis ratio per quam caeteris foeminis ad dignitatem Matris Dei sit praeferenda.

Et probatur, quia ut pie potest credi, Deus videt per scientiam mediam, quod si det gratiam maternitatis virgini matri, dicitur, sit sine dubio majorem materiam complacentiae et fruitionis in facto, quam si quamlibet aliam foeminam elegisset, si licet propter meliorem usum ejusmodi gratiae; Atque haec est specialis ratio ad dictam electionem 2.i ordinis, quia ea, ut iam notavi est sola complacentia in facto, aut parus

ditary ab illa. Ergo concedi potest ex parte Virginis Deiparae sua specialis ratio saltem removens prohibens ad praelationem suam cunctis foeminis.

Adde quod potest etiam concedi non omnibus proprie, et proprie, improprie, et late, aliqua ratio meriti de congruo in Beata Virgine ad suam electionem, illud scilicet quod per hanc habilitatem bene explicatur: non enim potuit ut gratia maternitatis et gloria, quae debetur ei per opera subsequentia, absolute mereri potuit, Beata Virgo prae caeteris mereret illam. Probo hanc veritatem; quia ut supra diximus pie potest credi nullam animam praeter solam, quae ornata gratia maternitatis melius correret Deo. Ergo similiter potest affirmari Beatam Virginem caeteris praeferendam in bonis operibus ex ea factis posse mereri.

Et quia haec optima correspondentia praevisa summum quoddam meriti de congruo constituat in quodam proprius et strictius, id est improprium, et latum, tale scilicet animam apud Deum eligendi potestatem relinquat non minus est certum quam gratiae maiorem complacentiam de facto, et gratitudinis animi in decreto, et dispositione eius; sed haec optima correspondentia, ut pie potest credi, fuit praevisa a Deo in Beata Virgine prae caeteris foeminis. Ergo summum quoddam meriti de congruo habuit, ut prae caeteris eligeretur ad gloriam matris Dei.

Dixi, summum quoddam meriti de congruo, quia non est proprium, et strictum meritum, ut dicebam, sed latum, improprium quia in acceptione non propria meriti non posse Beatam Virginem suam electionem et praedestinationem promereri gravis urgens quia ratio persuadet. quia non potest esse proprie, et rigorose meritum existentis alicuius rei illud, quod existere est attingens tali re, quam dicitur mereri iam existente; sed iam existente gratia maternitatis est attingens existere, aut non existere illa optima correspondentia. Ergo haec non potest esse meritum proprie, et stricte, sed in quadam latissima acceptione

Probo minorem in qua solum est dicultas, quia ornata Beata Virgo per gratiam maternitatis liberam relinquit ei optimam illam correspondentiam excellentium operum omnium virtutum quam dicimus esse meritum, ergo non. Si hoc dicant adversarii rationem meriti ab ea optima correspondentia adimunt, quia per hoc quod libertate non subsistit ut est clarum. Si dicant illud dant manus eo ipso quod ornata Virgine Matre per illam gratiam, atque adeo ea existente nihilominus maneat contingens atque adeo potens esse, et non esse ea optima correspondentia non potest competere ei propria, et stricta ratio meriti de gloria ei correspondente, ut est manifestum. Ergo gratia, et gloria matris Dei non potest a Virgine matre propria, et stricta ratione meriti promereri; hoc apertius constabit ex dicendis Sec. 3. quid de insignioribus predestinatis.

Sectio. 3.

Quid de insignioribus predestinatis.

Sit 1.a conclusio: insignes hos predestinatos dedisse causam suae electionis et predestinationis quam vocamus removentem prohibens sive habilitantem, et dignificantem ut possit in eis electio rite, et prudenter fieri certa res est. Probo hanc conclusionem manifeste quia ut constat ex dictis in superiore disputatione haec electio fit post praevisionem conditionatam optimae correspondentiae Divinae gratiae, et sine tali bona correspondentia non potest fieri. Ergo dederunt hi Sancti causam electioni suae, quam vocamus removentem prohibens.

An non impediret electionem et predestinationem mala correspondentia Divinae gratiae? Est indubitatum. Haud dicam qui hoc negaverint factam fuisse eam electionem et predestinationem in circumstantiis, in quibus fuit praevisa mala correspondentia Divinae gratiae, quod

est manifeste falsum. Sdii Sancti sunt ca nec optime correspondē Divinæ gratiæ, q̃ anter fuerunt preventi; benè flit cum illa operando in eiusmodi circunstantiis cum possint pro arbitrio, et libertate sua d[?]rium facere. I n̄ potest negari eos dedisse cam suæ elect.ⁱ, q̃m vocamus removentes phibens; atq. etm cam dant q̃m vocamus dignificantem, et habilitantem. q.ª per illas optimas correspondam dignificant, et habilitantur, ut posset in iis fieri ea electio prudenter, et rite; pn n̄ reddit dignam habiles q. ad aliq̃m electes qui ponit id, quo excluso, res indigna, et inhabilis est ad talem elect.em, et quo posito habilis, et digna est, ut posset in ea rite, et prudenter fieri electio; sed tales sunt ii Sancti, nas optime correntes Divinæ grã posuerunt id, quo posito habiles, et digni sunt ut possit in iis fieri electio, et quo excluso indigni, et inhabiles essent ad talem elect.em I etª

Cō[?]fratur, et declarat: finge aliquem hoem in nullis circunstantiis preuideri a Deo bene correntes Divinæ gratiæ. Pn iste posset eligi ad gloriam tanq̃m coronas, seu dependentem a meritis. certe incapax, et inhabilis esset istiusmi elect.e, q̃m in eo fieri etm est impole, q.ª n̄ nisi per dependam a meritis est factibilis, quæ merita in nullas temporis circunstantias preuiderentur, ut supponimus, ppter malus usus Divinorum auxiliorum in circunstantiis oibus. At d[?]rius dingeret si quidam hominem preuideret, qui in oibus rerum circunstiis Divinæ grã optime correret: hic n. capax esset, et habilis ut in eo fieri posset electio ad gloriam, quæ depet a meritis in singulis quibus q. circunstantiis talis q. efficeret per suas optimas correspondas Divinæ gratiæ, sicut alter se inhabilem, et incapacem reddidit per correspondam pessimam.

Sdii Sancti, de quibus est sermo preuisi

fuerunt a Deo optime correre Dine grę, per qm fuerunt pręviventi; Ergo suę electioni cam dederunt qa votatiuus removentem prohibens, et habilitantem dignificantem q. ut in iis posit a Deo talis electio fieri. Deffus n. concurrę optime impedimento a seet electioni substulerunt hoc impedimentum n concurrentes male Ergo sustulerunt qd impediret elect. Item correspondia optima habilitat, et dignificat ut posit rite fieri electio propter optimam pent correspondam. Ergo se dignificant, et habilitant, siquidem naturę viribus divinibus gratię ut in iis posit electio fieri atque adeo sunt cę removentes prohibens, sive habilitantes et dignificantes suarum electionum.

Sit 2a. Conclusio: n debet concedi his sanctis illud genus meriti de congruo suarum electionum, et prędestinationum qd diximus esse meritum imperfum, et improprium, qd q. Virgini Matri concessimus pro sua elect. Prob. 2a. q. illud imperfectum, et improprium meritum explicat per istam conditionalem: si fieri posset ut per opera subsequentia elect. hęc mereret, illa s. dubio ab his sanctissimarę retur suis pręclaris operibus eam sequentibus. Sed n est vera hęc conditionalis. Ergo n debet his sanctis concedi dictum meritum. Probo minorem; q. si Sancti suis pręclaris operibus possent mereri elect. ad gloriam, quę equivalet dictis operibus, sed ii de facto fuerunt electi ad gradus glorię multo maiorem, qui scilicet iis bonis operibus tanquam pręmio correspondet, et qui pręterea debetur multis gradibus grę iis liberaliter collatis, ad quam gradus excellentiam dictis operibus secundum se sumptis pręcise n possunt accedere, ut est manifestum. Ergo illa conditionalis n est vera, atque adeo n debent dici cause suarum electionum ea rat. qua talis dicitur Beata Virgo sue lectionis suę.

Dices: nec de Virgine Matre posse affirmari

quod per sua subsequentia opera mereret sine dubio electionem suam, et prędestinationem etiam non hęc posset cadere sub meritum subsequentium operum propter similem rationem: etiam n. subsequentibus operibus potuit mereri gradus glorię, qui corret operi operantis, et autem qui operi operato, seu liberalitati, et benignitati Dei independenter ab operibus etiam corret, sicut de iis sanctis dicebamus, de Beata Virgo ad utrumque gradum fuit electa, ut est clarum. Ergo aut hoc genus meriti virgini matri negandum erit, aut illud non negandum iis sanctis.

Respondeo esse manifestam disparitatem inter Virginem Deiparam, et eos sanctos, quia opera Virginis Deiparę, cum sint personę tantum non divinę, quam excellentiam incomparabilem accipit a gratia maternitatis, per quam in suo ordine coniungitur Deo, ideo opera eius prope infinitum habent valorem; atque adeo posset iis mereri omnes gradus glorię, sive qui gratię, et liberalitati, sive qui labori de facto persolvitur; ~~sicut operibus XPI Domini corpo~~ Sicut operibus XPI Domini corpto quod sint Personę Divinę persolvi posset omne præmium, sive hoc de facto in gratię, sive in laboris præmium designatum fuisset. Quod non habent opera Sanctorum, de quibus loquimur, quę cum sint personarum extranearum, non omne præmium, sed determinatus quidam præmii gradus debet eis correspondere, is scilicet qui operi operantis precise persolvitur, et non etiam qui correspondet operi operato, et propterea non debet iis operibus correspondere ea ratio meriti impropria, et imperfecta respectu electionis et prędestinationis dictorum Sanctorum, quę operibus Virginis Matris a nobis concedebatur respectu eius electionis, et prędestinationis.

STATUITUR
TERTIA CONCLUSIO.

Sit 3.a 9clusio: illa v.o meriti ratio etiam impropria et imperfecta dictæ electionis potest pie concedi his sanctis quam per istam 9ditionalem explicarem. si bona correspondentia Divinis beneficiis poterit esse meritum electionis et prædestinationis hi sancti præ ceteris meruerunt eligi et prædestinari ad excellentem gradum gloriæ, ad quem de facto electi sunt, et prædestinati. Prob. 2.a quia pie potest credi nullos homines melius correspondentes fuisse dictis beneficiis quantumvis iis afficerentur a Deo. Ergo illa ratio meriti imperfecta, et impropria iis potest concedi.

Addo quod ad 9sequendam gloriam in eo gradu, et mensura, ad quem hi sancti prædestinati, et electi fuerunt ad summum possint alii homines eadem instructi gratia æquali diligentia, et fructu correre; quia non improbabiliter potest dici hos sanctos exhausisse omnem vim gratiæ, quam acceperunt, et nullum eius gradum inefficacem vacuum fuisse; sed tantum et conatu egisse, quanta certe non necessitate, et impetu non operarentur.

Dato tamen, et non 9cesso quod alii sint possibiles homines qui maiori, et uberiori correrent fructu, quod non est facile credit[u] hi excederent gradum electionis, et ordinem prædestinationis quod non minus est vitiosum, quam si dictum gradum non attingerent, quia perfectio correspondentiæ 9sistit in medio per quod ex æquo 9pletur electio, et prædestinationis ordo; Ergo non potest negari quod sufficit adverti ex his 9clusionibus meruisse hos sanctos suam electionem, et prædestinationem eo genere om

imperfecto, et lato meriti, in q.tus scilicet attente et solicite co
rrespondere beneficiis, quae fuerunt instructi nulli pretii mae
rerent eligi, et predestinari ad dictum gradum glorie

Neque 3.a haec Dclusio est precedenti
Dria quod qmvis non obscure ex illarum Dtet doctras, co apertius lu
bet declarare, itaq. ideo in 2.a Dclone illam ratem meriti nega
mus, q.a ut Dstat ibi proport.em investigabamus intr opus, et pre
mium, quae certe non est intr electem et predest.em horum SS.orum et il
lorum opera, haec n. longe sunt minora, et inequalia premio
electionis, et predestinat.is dicte, in quo includitur etiam gradus
glorie, qui corret operi operato et quivis gratie liberalitr ipsi
sui Dcesse, et non solus gradus glorie qui est fructus operis operantis
et hac de causa talem meriti quae imperfectum, et latum denegat ambobus
non autem denegat rao meriti, quam exigit 3.a Dclusio, q.a in ea
non tam pensatur meriti ratio ex proport.e et equalitate dati
et accepti, quam ex correspondentia ad Dina beneficia sive ea
proportem heat cum premio im suam extimatem sive non, quae cor
respondentia cum talis fuerit ut dicebam in his Sanctis, ut hic indi
cari posit nullos esse posses, qui melius iis beneficiis orent correspon
sure, si adeo iis afficerentur, ideo haec meriti ratio Dceditur iis, quam
vis illa negetur, quae virgini matri, eius q. operibus, et ope
ribus XPI propter suam pene infinitam estimatem et valo
rem non denegaveris, sec. 4. nec de facto merentur propria meriti forma, nec de
possibili sancti suam electem et predest.es

SECTIO 4.

Nec de facto merentur propia me riti forma, nec de possibili, hi San cti suam electionem, et predestinatem.

Probo hanc 2clonem exacitis q.a 1.a actio meritoria n potest propria meriti ra ab his sanctis meritis. G.o predest.e et electio mereri n potest ab iis propria meriti ra. Co.apt; q.a tan electio qm predestinatio 2plectuntur omnes actus per quos ad eternam felicitatem ascendunt felices anime. Unde si ex iis aliquis saltem sub meritus cadere n potest, 2stat manifeste elect.e et predest.e totalem, de qua est 2trov.a in presenti n posse mereri.

Probo 1g.am ans, q.a si 1.a actio meritoria haberet propria, et exacta meriti rat.e mereri esset libera, et n esset. Probo sequellam, et quidem libera esset ut supponit. Sd liberus esse n potest, qd ex vi ant.is prii necesse est est. I eiusmodi actio libera esset, et n esset. Et quidem ex vi ant.is prii esse necesse, et n 2tingens, eiusmodi act.s Patet, q.a n est 2tingens, qd necesse Deum solvere debitum; sicut n est 2tingens, qd necesse Deum esse iustum; sd meritus eiusm.i actionis est ans illas. I n est 2tingens, qd necesse illas ore ex vi prii ant.is; atque adeo esse simul libera, et n esse. 2firmo hoc I.

2firmo hoc I.: illa est actio nar.ia, que nascitur ex prio, cui resistere est impole; sd talis esset eiusm.i actio I esset naria. Probo minorem; nam cetera sunt perspiqua, q.a impole est Deus reddere iniustum, et iniquum, sd resistere prio eiusm.i actionis est Deum reddere iniustum, et iniquum. I impole est resistere prio eiusm.i actis. Probo minorem; q.a resistere prio eiusm.i actionis, et illam impedire est resistere, et impedire ne Deus solvat qd debet; sd hoc quid est aliud quam Deum cogere ut sit iniustus, et iniquus, nam talis est qui n solvit qd debet; G.o iam Deus posset cogere ut iniquus, et iniquus esset, sd hoc est impole, ut est evidens. I n potest voluntas resistere, eiusm.i pria anti.s, atque adeo n est libera.

Secundo hoc ipsum magis declaro, atque 2firmo illud ans cui resistere, et obtemperare n est 2tingens libert. ea admit; sd

idprio eiusmi actionis n esset contingens resistere, et obtemperare. Ergo istud prium adimeret libertatem. Probo minorem; de caeteris n. nulla est dubitatio quia n est contingens facere ne solvat Deus quod cum omni veritate, et proprietate debet, sicut n est contingens ut dicebam facere illum iniustum, et iniquum; Ergo n est contingens resistere et obtemperare eiusmi prio. Patet antecedens; quia nihil est aliud resistere eius mi prio, quam resistere ne Deus iustus sit solvens, quod optimo iure ex eo exigitur atque adeo illum iniustum, et iniquum efficere, id hoc efficere n potest esse contingens, quia Deum esse iustum, et exactissimum iuris uniuscuiusque servatorem est res certissima. Ergo n est contingens voluntatem resistere eiusmi prio ante suam actionem id prium cui resistere et obtemperari n est contingens adimit libertatem, ut sit plusquam certum. Ergo etc.

Tertio hoc magis confirmo, quia praemium n potest esse meritum sicut solutio debiti, n potest ipsum solventem debitorem constituere; alioqui per idipsum per quod alioqui debitum extingueretur, et excluderetur n extingueretur, nec excluderetur, sed potius stabiliret; sed si illa actio meritoria posset esse premium meriti, esset ipsum meritum, et id ipsum per quod meritum, sive debitum extingueretur. Ergo n potest mereri eiusmodi actio. Probo minorem quam negare nihil certe est aliud, quam a confusione discedere. Ergo iam est premium et satisfactio meriti, et id per quod debitum extinguitur, et aliunde est actio meritoria, ut supponitur. Ergo simul est meritum, et premium, simul id per quod extinguitur debitum, et id per quod n extinguitur, sed ita tuisper, quod certe in illa actione meritoria habet specialem vim, quia id per quod incipit aliquis esse debitor n potest incipere desinere esse debitorem, sed si illa actio meritoria posset mereri per idipsum per quod is inciperet esset debitor inciperet desinere esse debitorem; Ergo n potest mereri illa actio meritoria. Probo minorem; quia evidens est

inciperet Deum esse debitorem per I.am actes meritorias hominis. Consequens etiam est inciperet Deum desinare esse debitorem per I.am debiti solutionem, et I.am premium laboris quod secundum istam sententiam convenit I.a actioni meritoriæ. Et per consequens per quod inciperet esse debitor inciperet desinere esse debitorem, hoc autem non posse affirari, ut ex ipsis terminorum apprehensione convincitur. Ergo etc.

Communiter sententia nostra concluditur hoc argumento, quod certe efficax est. I.a gratia nec cadit, nec potest cadere sub meritum. Ergo neque electio, neque prædestinatio quæ I.am cum cæteris gratiis [illegible] complectuntur. Probo consequens, quia si illa gratia caderet sub meritum esset I.a gratia, et non esset. Probo sequellam; quia meritum sub quo cadit est prius illa, sicut causa est prior suo effectu, et consequenter erit multo prior illa causa meriti eius, quæ est causa suæ causæ, sed causa dicti meriti non est nisi, sed gratia, ut est manifestum in doctrina Catholica. Ergo aliqua gratia aliqua est multo prior illa, sed hoc est illam esse I.am, et non esse ut est clarum; ergo non potest cadere sub meritum I.a gratia.

Ad cuius argumenti maiorem ostendendam, unum sit casus, quod actio ipsa, quam ex vi I.i auxilii exercet liberum nostrum arbitrium sit meritum Deum movens, et detrahens ad conferendum tale auxilium I.um quod non timebunt concedere adversarii, quia eadem est, de hac I.a actione, et cæteris ratio, ne dicam de his esse rationes clariores, ut ex dicendis apparebit, non potest esse meritum proprie et rigorose alicuius rei, id quod hac iam existente, existere, sive non existere est contingens, sed existente hoc auxilio, quod est I.a gratia est contingens existere, et non existere illam actionem quam ex vi eius exercet voluntas, et multo magis contingens est fieri, aut non fieri cæteras alias actiones, quæ ex libero nostro arbitrio procedant, et ab ea gratia non pendent. Ergo hoc I.um auxilium gratiæ non potest esse præmium cuiusvis actionis neque hæc meritum illius.

Probo minorem manifeste, quia per eiusmodi auxilium non adimitur libertas arbitrii, ut est indubitatum. Ideo adhuc existe manet attingens esse, aut non esse eiusmodi actus, nam quid est aliud actionem manere liberam, quam illam manere attingentem, cum liberum sit quod potest esse, et non esse, et hoc ipsum etiam est attingens, ergo implicat hoc actualiter esse premium illius, quod attingens est non esse. Quod implicat primam gratiam cadere sub meritum primae aut alterius cuiusvis actus meritorie et liberae.

Ab authoritate solet probari satis firmiter nostra sententia. Vide Granadum illa d. 3. sec. 2, 3 et 4a et caeteros Theologos in hac de neg. n. in iis, quae sunt communia, et apud omnes pervia lassare vos, aut immorari aequum est; ad maiorem tamen doctrinae elucidationem proponam, et solvam nonnullas obiectiones. sec. 5. obiectionibus satisfit, qua occasione ostensum in hominis esse potestate efficere ne damnari a Deo possit.

Sectio. 5.

Obiectionibus satisfit, qua occasione ostensum in hominis potestate esse efficere ne damnari a Deo possit.

Primo ab authoritate argantur, nam obiiciuntur illud Pauli ad Rom. 8. quos praescivit, et praedestinavit, ex quo, et similibus textibus constat praescientiam illius meritorum praecessisse ad praedestinationem, et electionem ad eamque detrare, et movere, tum silentio textus probant duntaxat praescientiam meritorum subsidit, sive mediam praecedere utique actum praedestinandi, et eligendi non autem adil praecedere utique actum praedestinandi, sive necessitare. Praecedere autem etiam movere, et praedetrare, sive necessitare. Praecedere autem eiusmodi praescientiam ad dictam actum, ideo necesse est, quia non nisi eos, qui per

bonum usum Divinorum auxiliorum se dignos habilesque efficiunt electione et predestinatione ad coronam gloriae potest Deus predestinare, et eligere ad illam ut iam ostendi.

Secundo illud Petri in 2ª Epist. c. I. Satagite ut per bona opera certam vestram electionem et vocationem faciatis, et alii textus similes ex quibus videtur dari electionem non precedere, sed esse subsequentem opera nostra. Idem est pro nobis hic textus cuius sensus genuinus est, ne solliciti sitis, aut anxii fueritis ne a Deo electi, et vocati illa sua secundum propositum electione et vocatione nam si meum consilium accipitis de vestra electione certissimi esse poteritis si bene, sicut, semper operemini; quia neminem Deus excludit a regno, nec excludere potest nisi illum qui prius per malam correspondentiam Divinae gratiae vas aptum in contumeliam se effecerit.

Dices. sequi ex hac interpretatione doctrinam, quam propugnamus, quia si neminem Deus damnat nisi qui prius se effecerit vas aptum in contumeliam. Ergo suae damnationi dedit prius causam, scilicet se vas aptum in contumeliam efficiens. Item si neminem eligit ad eternam felicitatem nisi qui se prius fecerit vas aptum in honorem. Ergo iam neminem eligit nisi qui suae electioni, et predestinationi prius dedit causam nempe se dignum, et aptum ad eiusmodi honorem efficiendo.

Et magis confirmo, et urgeo, quia si neminem Deus damnat, nisi qui se vas aptum in contumeliam prius efficit; et neminem eligit nisi qui se prius efficit vas aptum in honorem scilicet bono, aut malo usu sui liberi arbitrii iam sequitur posse quemcumque facere ne possit Deus illum damnare scilicet se nunquam efficere per peccatum vas aptum in contumeliam: et posse efficere ne illum similiter possit unquam eligere, scilicet si nunquam se aptum vas in honorem per Divinae legis observantiam effecerit; sed hoc est tam predestinatione quam reprobatione in re prob., et predestinato dam[...] videre. Nam isto modo

n̄ ca electis que facit ne possit excludi: et quomodo n̄ ca exclusionis que facit ne possit eligi, sed arbitrio eligendorum, et excludendorum concedimus. Igitur frustra negamus cam electionis et predestinationis quam tandem cogimur admittere.

Solutio huius oppositionis n̄ parum elucidabit doctrinam nostram, et predestinationis recondissimum arcanum. Deo regi ne quando sequi doctrinam nostre sic ex dicta interpretatione. Ad probationem dado ans et distinguo cons. Igitur iam neminem eligit, nisi qui sue electioni et predestinationi prius dedit cam quam vocamus habilitantem, concedo cons. cam: neminem eligit nisi quo sue electioni dedit cam, que est proprie ca movens, et detrans, et ad quam ex necessitate sequitur electio, et predestinatio de qua est presens controversia precipue, nego cons.

Ad probationem re concedendo totum quod intendit. illud posse pro arbitrio suo hoies efficere ne possit unum eligi ad gloriam et coronam, nempe per improbitatem suam, perditionem, et malum usum donorum divinorum beneficiorum et propter similiter efficere per vires gratie ne unum possit excludi, et reprobari? Et hinc nihil contra dicta. Nam aliud est posse efficere ne possit excludi, et reprobari et aliud longe diferens posse efficere ut detrate debeat eligi, et predestinari. Et quidem illud posse dubitandum n̄ est, quia Deus neminem possit Deus excludere a regno celorum et reprobare nisi quem prebuerit se habilem, et aptum effecturum esse ad eternam Divine [illegible] liam per malum usum sui liberi arbitrii, sicut in manu sui liberi arbitrii est, n̄ male, sed bene illo uti, ita est in manu illius efficere ne possit excludi, et reprobari.

Efficere vero ut debeat detrate eligi, et predestinari minime potest, quia ille bonus usus conditionalis n̄ est proprie meritorius, nec fundat aliud bonum ius ad actualem electionem et predestinationem, solum n. est integritatis Deo creare hoiem,

et n creare, ita est liberum ei eligere illum, aut n eligere. Im produxit Deus omnes quos presciit bene fore suis Divinis auxiliis usuros si revera producerentur, et producit similiter omnes, quos presciit iis esse male usuros si item producerentur, nihil certius est, quam n omnes eos creavisse. Igitur longe est dicens posse aliquem efficere viribus gratiæ ne possit excludi, et reprobari a posse efficere ut possit, et de iure debeat eligi, et predestinari.

Et propter hæc negamus posse dari causam ex parte hominis suæ predestinationis, et electionis n autem posse dari causam suæ n exclusionis, etiam si proprie causa est quam proprie sequitur, cum ex observantia divinæ gratiæ in omnibus circumstantiis, quæ est utique in manu hominis Divinæ gratiæ viribus instructi sequatur n exclusio bona eius et reprobatio iam dari posse ex parte hominis Divina gratia instructi causam suæ n exclusionis, et reprobationis male negabitur.

Sed cum ex dicta observantia in omnibus circumstantiis, in quibus constitueretur n sequatur actualis electio, et predestinatio quia adhuc præhabita notitia optimi illius usus divinorum auxiliorum in manu Dei est talem hominem producere, vel n producere, quia nulla lege, aut iure astringitur ad talem bonam electionem, et predestinationem ideo istius nulla conceditur causa ex parte hominis, quamvis causa illius n negetur.

Ex his facilis est interpretatio testimoniorum S. Augustini, et aliorum SSanctorum, qui nobis solent obiici, quæ si illa in parti cum aliis interpretationibus lustrari libeat inter alios videri potest Granado illa de 3. sec 6., et nos iam ad soluenda argumenta quæ a ratione peti solent, quæ ex dictis n sunt difficilia, transeamus.

Secundo ita argumentantur ratione si nulla sit causa predestinationis, et electionis ex parte electi, et predestinati adimitur ei libertas. Probo hanc propositionem: antecedens quod est in nobis sine nobis, et ita nos afigit uni extremorum, ut alterum non sit nobis contingens absque dubio excludit libertatem

que consistit in indifferentia ad utrumlibet; ad talis erit predestinatio et electio quod si nulla eius sit causa ex parte nostra quod libertatem adimeret electo, et predestinato.

Probo minorem; intellectus est ans quod est in nobis seu nobis nam asserimus non esse causam eius ex nostra parte eius ex nostra parte. Deinde quod ita nos afficit decretum salutis aeternae, et finali perseverantiae quod non sit nobis distinguens aliquid dicendum, aut dicendum duo extremum; aut asseramus distinguens esse disponere nos cum electione efficaci, et predestinatione finalem impaenitentiam, et paenam aeternam, quod est manifeste falsum. Ergo etc.

